UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CLI. Bischof Peter von Lebus quittirt den Rath zu Frankfurt wegen erhaltener Theilzahlungen des Versöhnungsgeldes, am 5. August und 2. Dezember 1368.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55756

Visual Library

mercatores ſeu pannicide Ciues vrankenuordenſes predicti ſpiritu diuino informati ſuo ac ſucceſſorum ſuorum nomine in ſuarum ac ſucceſſorum ſuorum omnium animarum remedium ſalutare, dederunt, donauerunt et aſſignauerunt pro redditibus eccleſiaſticis ad altare mercatorum in eccleſia parrochiali Beate marie virginis dicte Ciuitatis vrankenuord ſitum, necnon in ſancti Johannis Baptiſte et ſancte Elyzabeth honore conſecratum, ſex talenta cum dimidio bonorum Brandenburgenſium denariorum ad priorum Reddituum jamdicti altaris per ſepe fatos mercatores etiam comparatorum meliorationem et augmentum in Theoloneo dicte Ciuitatis vrankenuord poſita, per miniſtrum dicti altaris ſiue Altariſtam, qui pro tempore fuerit, in feſto ſancte Walburge annis ſingulis pacifice et quiete tollenda, habenda, perpetuis temporibus poſſidenda. Nos jgitur Petrus Epiſcopus antedictus, qui non ſolum piis operibus aſſentire, ymmo etiam ex debito paſtoralis officii ad bonorum operum exercitium ſingulos chriſti fideles excitare tenemur et ſalubribus monitis invitare, proprietatem, donationem ac Renunciationem dictorum noſtrorum marchionum, ſuperius expreſſas ac pium affectum mercatorum et omnium predictorum efficaciam habere volentes, plenum noſtre voluntatis aſſenſum prebentes, donationes et aſſignationes omnium premiſſorum omnino ratas et gratas habentes, auctoritate noſtra ordinaria eas ratificauimus et ratificamus ac confirmauimus, necnon preſentis ſcripti munimine confirmamus, vnientes et in corporantes predicta talenta perpetuis temporibus dicto altari, decernentes, quod dicti Redditus ut alii eccleſiaſtici redditus per cenſuram eccleſiaſticam exigi poſſint et requiri, Nolentes etiam plebano in juribus ſuis parrochialibus aliquod prejudicium generari. In cujus ratificationis et confirmationis euidentiam pleniorem preſentes ſcribi et ſigilli noſtri majoris appenſione fecimus roborari. Datum Lubuz, Anno domini M° CCC° Sexageſimo octauo, viceſimo die menſis octobris.

Nach dem Orig. im Archive der Univerſität zu Breslau und im Stadtarchive VIII, 3, 99.

CLI. Biſchof Peter von Lebus quittirt den Rath zu Frankfurt wegen erhaltener Theilzahlungen des Verſöhnungsgeldes, am 5. Auguſt und 2. Dezember 1368.

Nos Petrus, dei gracia Epiſcopus Lubucenſis, recognoſcimus — quod — Conſules et iurati opidi vrankenuord nobis ratione pecunie concordie ſexaginta ſexagenas pragenſium denariorum in parata pecunia perſoluerunt —. Datum Lubuz, Anno domini M° CCC° LXVIII° quinto die menſis Auguſti.

Nos Petrus — recognoſcimus — Quod honorabilis vir, dominus Nicolaus Seckil canonicus Lubucenſis, procurator noſter, nomine noſtro a prouidis et honeſtis Conſulibus Vrankenuordenſibus percepit ratione concordie triginta marcas Brandenburgenſes ſabbato proximo poſt diem beati Andree apoſtoli etc. — Datum Vrankenuordis ut ſupra, Anno domini M° CCC° ſexageſimo octauo, noſtro ſub ſigillo appenſo.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 1, 18a und b.